

L39

H.  
B.  
18  
14(24)

EMINENTISSIMO,  
AC  
REVERENDISSIMO  
DOMINO  
**NONIO**

DA  
CUNHA, E ATAIDE,

Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Præs-  
bytero Cardinali, Episcopo, Ca-  
pellano Maiori, & Serenissi-  
mi Portugaliæ Regis de  
Statu a Consilijs,

ac

In Universa Lusitanæ Coronæ Di-  
tione Inquisitori Generali,  
&c.

12. **CONIMBRIGE:** *Si legatus sumus nisi religiam, rite promiscue. & boffas*  
13. *transmittere bisagrigem, locutum non tecum est.* *Legatum annuit.* *Utrumque fulpens est?*  
14. *in dominum: ex alimento*  
*fiscalibus.*

# CORINTHIAN BRIDGE.

Ex LIBRIS IN REGALI ARTIUM COLLEGI Socie IESU  
Anno Domini 1750.

AD TITULUM DE LEGATIS  
LITERARUM EXAMINE SUBEUNDO,  
**CÆSAREAS  
CONCLUSIONES  
DEDUCTAS**

EX  
NOTATIS AD TITULUM ff. DE LEGATIS,  
& fideicom.libro 3.

**PATROCINANTE**

NOBILISSIMO, AC ERUDITISSIMO  
DOMINO D.

**EMMANUELE DE MATTOS**

CÆSAREI JURIS INTERPRETE ACUTISSIMO, IN COL-  
legio Regali Collega colendissimo, ac saepe saepius Rectore eme-  
ritissimo, in Portuensi Senatu Senatore eximio, & pro me-  
ritis ad maiora fastigia, & dignitatum culmina  
promovendo,

Defendendas proponit

**EMMANUEL DE SEQUEYRA  
SOARES,**

Suoquinto Juris Civilis annodie <sup>27</sup> hujus  
mensis hora. <sup>17</sup>

**PRINCIPALITER  
VENTILABITUR:**

Utr. Incertus de statu suo possit adire hereditatem? Affirmative.

40

AD PRO PRIMO  
LITERARUM EXAMINE SUBEUNDO.  
CEASAREAS  
CONCILIUSIONES  
DEDUCTAS

EX  
NOTATIS AD TITULUM E DE LEGATIS  
8. Hippocratis libri 3.

PATROCINANTE  
NORTISSIMO AC ERUDITISSIMO  
DOMINO D  
EMMANUELLE DEMATTOS

CESAREI JURIS INSTITUTE ACUTISSIMO INCOR-  
TUS  
LXXII Regiam College a consilium ac LXXII Regiae emis-  
sarium in Parisiensi Seminario eximio, & pro inde-  
census ad magistrorum & diligentissimum capiuntur  
Delegatus diplomatis  
EMMANUELLE DESGUEYRA  
20 ARIES  
D. Smedinius Iunior  
meus filius

PRINCIPALITER  
VENTILABITUR:

U. s. principale de l'art de la poésie antique et moderne. A. M. M. V. 1.

# AD TITULUM DE LEG. & fideicom. lib. 3. de perso- nis, quibus testamenti factio denegatur.

*Ad J. C. Ulp. lib. 1. fideicom. in l. 1. in principio, & § 1. cum qua-  
tuor sequentibus hoc nostro titulo.*



NCERTO de statu proprio testamentum facere prohibetur.

Ut incertitudo testandi facultatem impedit, debet verlari inter extrema, in quorum aliquo incertus testamentum facere nequeat.

Si in utroque extremo incertus testari possit, incer-  
titudo non attenditur.

Incertus dicitur ille, qui fluctuat circa extrema, quin  
judicium formet.

Miles incertus de statu suo testamentum facere non  
potest.

Si miles, qui vere erat paterfamilias, autem se esse filium familias, jure mi-  
litari testamentum condat, ad heredem legitimam bona paterna, ad scriptū  
castris pertinebunt.

Erranti circa statum proprium testandi facultas denegatur.

Legatus, qui se hostium servum esse credidit, etiam testandi facultate  
caret.

Deportatus testamentum facere nequit.

Unde neque legatum, neque fideicommissum relinquere potest.

Appellans à sententia deportationis prolatā testamentum facere non prohi-  
betur.

Deportatus à Præside Provinciæ ante comprobationem Principis retinet jus  
testandi.

Præfectus Prætorius deportandi facultatem habet.

Eadem facultate fungitur, qui gerit vices Præfecti Prætorij.

Præfectus urbis similiter deportandi potestate gaudet.

Per sententiam prolatam à Præfecto Prætorio statim civitas amittitur, & testa-  
mentum annullatur.

Idem dicimus de sententia Præfecti urbis, nisi ab ea appelletur.

Ante, & post confirmationem Principis potest à sententia Præsidis appel-  
lari.

- 19 Praes Provinciae nequit (in consulto Principe) sententiam deportationis exequi.
- 20 Similiter non poterit (in consulto Principe) executioni mandare sententiam capitalem prolatam contra Decuriones, vel eorum filios.
- 21 Deportato, & praesentia, & futura bona confiscantur.
- 22 Inspecto jure novissimo, non fit locus fisco, quando deportatus ascendentibus, & descendente habet.

## DE INCERTITUDINE CIR- ca proprium, & testatoris statum.

*Ad Eundem J. C. Ulpian in d. l. i. in principio hoc nostro titulo, & ad J.C. Paulum lib. 59. ad edictum in l. qui hereditatem 19. ff. de acquirend. hereditate.*



- 1 N C E R T U S de delatione hereditatis eam adire nequit.
- 2 Magni ponderis agitatur quæstio, utrum scilicet incertus de statu testatoris possit adire hereditatem? Negantium adlubescit assertio.
- 3 Incerto de statu proprio nihil est, quod aditionem impedit.
- 4 Dubitans circa vires testamenti hereditatem adire nequit.
- 5 Incertus, an mulier testatoris sit prægnans, similiter adire non potest.
- 6 Qui dubitat, purene, an conditionaliter sit institutus, non potest adire.
- 7 Incertus, an conditio, sub qua institutus est, sit impleta, inutiliter adit.
- 8 Idem dicendum est de incerto circa partem, in qua institutus est.
- 9 Dubius de morte testatoris hereditatem adire prohibetur.
- 10 Incertitudo circa causam adeundi impedit aditionem.
- 11 Dubitans, an possit adire, non potest repudiare.
- 12 Qui certus est sibi, & testamentariam, & legitimam hereditatem competere, si illam repudiet, istam repudiare non censetur.
- 13 Si vero legitimam repudiet, utramque repudiare præsumitur.
- 14 Incertus, an institutionis, an substitutionis jure sibi competit hereditas, non potest adire.
- 15 Quandiu institutus admitti potest, substituto locus non fit.

D E

142

# DE PERSONIS, A quibus fideicommissum re- linqui potest.

*Ad J. C. Ulp. in d. l. 1. à §ciendum usque ad finem.*



IDEICOMMISSUM vel est universale, vel particulare.

Universale dicitur, quando heres gravatur totam hereditatem, vel ejus partem restituere.

Particulare vero, quando aliquis rem particularem restituere gravatur.

Quænam differentia consideretur in fideicommissis inter jus novum, & antiquum? Quærenti exponam.

Fideicommissa universalia à solo herede relinqui possunt.

Particularia vero à quibuscumque personis relinquentur.

Ut autem aliquis fideicommisso gravetur, debet commodum accipere, vel dū ei datur, vel dum ei non adiimitur.

Tale commodum debet obvenire gravato morte testatoris.

A donatario inter vivos non potest fideicommissum relinqui.

Commodum requisitum ad inducendum gravamen debet esse pecunia æstimabile.

Ad inducendum fideicommissum requiritur, quod commodum proveniat ex iudicio testatoris.

Amplius requiritur, quod tale commodum emanet ex bonis, & patrimonio defuncti.

Pater non potest relinquere fideicommissum à substituto filij exheredati.

Quod etiam procedit casu, quo filio exheredato legatum relinquat.

Ab herede legitimo filij exheredati non potest fideicommissum relinquiri.

Heredem testamentarium posse fideicommisso gravari, nemo dubitat.

Heredem legitimum posse fideicommisso gravari, nemo est, quem lateat.

A substituto vulgari posse fideicommissum relinquiri, extra dubium est.

Idem dicimus de substituto pupillari.

Heres legitimus filij impuberis fideicommisso gravari potest.

Posthumi ab intestato succedentes possunt fideicommisso gravari.

*Ad J. C. Gayum lib. 1. fideicom. in l. ex filio præterito 2 & ad J. C. Ulp. lib. 1. si deicom. in l. si mulier 3. & ad Paul. lib. 4. sentent. in l. à patre 4 ff. hoc nostro titulo.*

1  
2  
3  
4  
5



X filio præterito, licet suus heres sit, fideicommissū relinqui non potest.  
Ab eo, cui relinquitur servus cum onere manumitti, fideicommitti non potest.  
Ex quocunque debitore fideicommissum utiliter relinquitur.  
Quando filius familias, vel servus instituitur, potest à patre, vel domino fideicommissum relinquere.

Si tamen filius ante aditionem hereditatis fuerit eman-

cipatus, vel servus manumissus, nec pater ad gravamen tenetur, nec dominus.

6 Uxor potest fideicommisso gravare maritum, quem a restitutione dotis per acceptationem liberavit.

7 Ab eo, cui debitum legatur, fideicommissum relinquere non potest.

*Ad J. C. Ulpian. lib. 1. fideicom. in l. si fuerit 5. & ad Paulum lib. 1. si deicom. in l. sed et si 6. hoc nostro titulo.*

1  
2  
3  
4



EGATARIUM, & fideicommissarium posse gravari fideicommisso, nemo est, qui dubitet.  
Ab herede heredis, vel legatarij fideicommitti posse defendimus.  
Fideicommissum nominatim relictum ab herede testamento, non debetur ab herede legitimo ab intestato succedente.  
Contrarium tamen dicendum, si per verba generalia a quocunque herede relinquatur.

## DE PERSONIS, QUIBUS EX testamento capere prohibetur.

*Ad J. C. Ulpian. lib. 1. fideicom. in l. si deportati 7. hoc nostro titulo.*

1  
2  
3  
4



U I ex testamento capere non potest, vel est incapax simpliciter, vel secundum quid.  
Simpliciter dicitur incapax ille, cum quo testamenti factio non est.  
Incapax secundum quid dicitur ille, qui etsi testamendi factio habeat, attamen ob aliquam causam non potest sibi relictum retinere.  
Damnati in metallum, & servi poenæ sunt simpliciter incapaces.

5 Incapaces secundum quid propriè dicuntur indigui.

6 Quidquid

- 6 Quidquid indignis relinquitur mero jure valet, et si postea auferatur à fisco.  
 7 Deportatus est absolute, & simpliciter incapax.  
 8 Ex testamento tamen militis accipere non prohibetur.  
 9 Illis tantummodo servis possum legare, cum quorum dominis testamenti factio  
   est.  
 10 Filius spurius respectu testamenti paterni est omnino incapax.  
 11 Clerici, & Monachi erant antiquitus incapaces.  
 12 Filii naturales solum tempore Constantini erant incapaces.  
 13 Quid postea eis permitteretur accipere, in certamine dicam.  
 14 Hæretici sunt ab solutè, & simpliciter incapaces capiendi ex testamento.  
 15 Idem de Apostatis constanter afferimus.  
 16 Hoc non solum dicimus de Hæreticis, vel Apostatis notorijs, sed etiam de oc-  
   cultis.  
 17 Si Hæreticus, vel Apostata fuerit per Apostolicos Inquisidores Ecclesiæ recon-  
   ciliatus, ex testamento capere non prohibetur.

## QUOMODO FIDEICOM- missa præstari debeant.

*Ad J. C. Paulum lib. 7. fideicom. in l. si legatarius 8. & ad J. C. Mæ-  
   tianum lib. 2. fideicom. in l. si ita 9. ff. hoc nostro titulo.*



EGATARIUS gravatus onere præstandi fideicom.  
 non potest compelli ad agnoscendum.  
 Si tamen legatum agnoscat, ad restitutionem cog-  
   tetur.  
 Legatarius recusans agnoscere legatum, tenetur ce-  
   dere fideicommissario actionem, quam habebat  
   contra heredem.  
 Utilisne erit istiusmodi cessio? Quidni?  
 Quid autem si legatarius repudiet legatum? Cessionē  
   actionis inutilem esse defendimus.

- 6 Si lis fuerit amissa culpa legatarij, tenebitur iste de periculo litis.  
 7 Servo heredis inutiliter fideicommissum relinquitur.  
 8 Legatum servo proprio relictum corruit, si ei non relinquatur libertas.  
 9 Si autem servus fuerit extraneo legatus, substinebitur legatum relictum servo.  
 10 Patre, vel domino instituto, inutiliter filio, vel servo legatur.  
 11 Hoc tamen procedit attento tempore digestorum.  
 12 Contrarium tamen dicendum de jure Codicis, & de jure nostro regio.  
 13 Si fideicommissum relinquatur per verba generalia, etiam tenebitur uxor, si ex  
   defectu consanguineorum usque ad 10. gradum succedat in bonis mariti.

QUI-

# QUIBUS VERBIS

## fideicommissa relinquuntur.

Ad J. C. Ulp. lib. 2. fideicom. in l. fideicommiss. 11. in principio,  
& §. 1. cum sequenti, usque ad §. si rem 12 exclusive.



I D E I C O M M I S S A quocunque idiomate re-  
linqui valent.

Exemplum, quod testator fecit se præparans ad te-  
standum, neque valet, ut codicillus.

Verba commendataria fideicommissum non indu-  
cunt.

Si heres gravetur de restituenda portione sua alteri co-  
heredi, accepta ab eo certa quantitate, statim pro ea  
agere potest.

Quid, si coheres quantitatem offerat? Gravatum com-  
pellere potest ad restitutionem portionis.

6 In his terminis duplex datur fideicommissum, in portione unum, in quantitate  
alterum.

7 Per hæc verba, *Sufficient tibi vineæ, vel Contentus est tali re, fideicom-  
missum inducitur.*

8 Fideicommissum, vel legatum in hunc modum relictum, *Nisi heres noluerit,*  
*validum esse affirmamus.*

9 Neque legatum, neque fideicommissum relinquiri potest sub conditione, *Si he-  
res voluerit.*

10 Si tamen relinquatur, *Cum heres voluerit, substinetur.*

11 Institutio heredis nequit pendere ex aliena voluntate.

12 Idem in legato, & fideicommisso defendimus.

13 Legatum autem, *Si legatarius voluerit, validum esse tenemus.*

14 Institutio facta, *Si heres voluerit, non infirmatur.*

15 Hæc verbar, *Te, fili, rogo, ut prædia hereditaria ita dirigas, &cures, ut ad  
filios tuos perveniant,* fideicom. inducunt.

16 Fideicommissum relictum filio, *Si morte patris sui juris efficiatur, statim de-  
betur, si filius per emancipationem exeat à patria potestate.*

17 Si à patre herede instituto, per hæc verba fideicommittatur, *Volo ad eum per-  
tinere, fideicom. dissertur ad tempus, quo filius sui juris factus fuerit.*

Quibus verbis fideicommissa relinquuntur. Incapaces. Quid propriè dicuntur indigni.

-I U O-

QUI-

# QUIBUS MODIS REVOCE- tur legatum.

*Ad Eum d. J.C. Ulp. in d. l. fideicom. 11. §. si rem 12. & §. ergo 13.  
hoc nostro titulo.*



- 1 EGATA, & fideicomissa nuda voluntate adi-  
mi possunt.
- 2 Legatum, vel revocatur expresse, vel tacite.
- 3 Expresse, quando verbis testatoris, vel in testamen-  
to, vel in Codicillis ademptio declaratur.
- 4 Tacite adimitur legatum, quando non ex verbis, sed  
ex aliquo facto detegitur voluntas testatoris.
- 5 Per revocationem expressam legatum ipso jure extin-  
guitur.
- 6 Legatum censetur extinctum per alienationem vo-  
luntariam rei legatae.
- 7 Illa dicitur alienatio voluntaria, quæ fit ex titulo lucrativo.
- 8 Donationem esse alienationem voluntariam in propatulo est.
- 9 Per alienationem necessariam non extinguitur legatum.
- 10 Venditionem esse alienationem necessariam firmiter asserimus.
- 11 Idem dicimus de alienatione ex obligatione antidorali.
- 12 Quando solum pars rei voluntarie alienatur, quoad illam tantummodo extin-  
guitur legatum.
- 13 Per alienationem voluntariam, etiam non secuta traditione, extinguitur lega-  
tum.
- 14 Per alienationem voluntariam extinguitur legatum etiam ad causas pias reli-  
ctum.
- 15 Idem dicimus de legato libertatis.
- 16 Eodem modo procedit legatum relictum conjunctæ personæ.
- 17 Donatio causa mortis etiam per voluntariam alienationem censabitur extin-  
cta.
- 18 Magna dubitatio est, utrum per alienationem voluntariam censeatur  
legatum extinctum, quando alienatio fuit inutilis? Afferentibus adscri-  
bimus.
- 19 Quid autem, si rem voluntariè alienatam testator redemerit? Legatum non re-  
viviscit.
- 20 Extincto legato per alienationem voluntariam respectu rei principalis, etiam  
quoad accessoria censabitur extinctum.
- 21 Per exactionem debiti extinguitur legatum nominis.

- 22 Post alienationem voluntariam rei legatæ competit legatario onus probandi.  
23 Si vero alienatio fuerit necessaria, onus probandi competit heredi.

## QUÆNAM RES LEGARI possunt.

*Ad Eundem J. C. Ulpian in d. l. fideicom. 11. à §. si quis illicite usque ad §. interdum exclusivè.*



ARMORA, columnæ, & similia, quæ ædificijs inhærent, legari non possunt.

Nec istiusmodi legati æstimatio debetur.

Si tamen res ab ædibus separata legetur, & postea ædibus adjungatur, æstimatio debetur.

Etiam destructo ædificio non debetur legatum rerū adjunctarum.

Si vero ædificium fuerit illicitum, illi adjuncta legari non prohibetur.

Fideicommissum de præstanda foenori certa pecuniæ quantitate validum est.

Heres non poterit cautionem exigere à tali fideicommissario debitore.

Usuræ licitæ nullo jure prohibentur.

De jure nostro regio usura valida est, *Denseis*, *Cohum* quanto por-

to.

Heres interminis suprapositis non poterit statim pecuniam repeteret.

Quando alieno servo legatur militia, debetur domino æstimatio.

Hoc tamen procedit, si testator sciat legatarium esse servum.

Quando testator, qui legavit decem, disposuit, quod si legatarius ea perdidisset, rursum præstarentur, de validitate secundi fideicommissi, nihil est, quod dubitemus.

Heres præstando prima decem non potest cautionem exigere à legatario.

Si legatarius perdidit, non tenetur heres ei restituere decem amplius, quam semel.

Heres nequit in infinitum gravari.

Fideicommissum relictum animo compensandi, si compensatio non sequatur, non debetur.

Excessu legato debet aliquantum excedere.

QUO-

# QUOMODO TENEANTUR heredes pro legato individuo.

*Ad Eum. Ulp. in d. l. fideicom. 11. § si in opere 23. usque ad finem.*



1 E R E D E S gravati de faciendo opere alicui civi-  
2 tati tenentur in solidum.  
3 Pro obligatione constituendi servitutem, quicumque  
4 in solidum tenetur.  
5 Idem dicimus de obligatione faciendi statuam.  
6 Celebris, ac difficilis insurget disceptatio, utrum sci-  
licet obligatus ad factum teneatur præcisè facere?  
Affirmantibus ad stipulamur.  
Obligatus ad factum non liberatur præstando inter-  
esse, si factum possit adimpleri, & creditoris  
intersit adimpleri.

6 Sed si factum adimpleri non possit, æstimatio præstabitur.

# AD QUEM PERTINEAT electio, quando datur incertitudo circa rem legatam.

*Ad J. C. Valentem lib. 11. fideicom. in l. sthicus 12. & ad J. C. Mætianum lib. 2. in l. si sic locutus 13. hoc nostro titulo.*



1 U A N D O testator servo proprio libertatem relin-  
2 quir, & ab herede rogat, ut eum doceat artificium,  
3 de valitudine fideicommisso non dubitamus.  
4 Legatum de re incerta nullum esse asseveramus.  
5 Sed quid, si materia sit favorabilis, & legatum verifi-  
cari possit? Pro illius validitate pugnabimus.  
Qui neque fundum, neque domum habet, inutiliter  
fundum, vel domum legat.  
Qui tamen hominem non habet, utiliter hominem le-

6 gat.  
6 Si circa personam legatarij detur omnimoda incertitudo, evanescit legatum.  
7 Testator fundos, vel domos habens, valide fundum, vel domum legat.  
8 Si legatum in his terminis fuerit relictum per damnationem heredi competit  
electio.

9 Sed

- 244
- 9. Sed si fuerit per vendicationem relictum , electio erit legatarij.
  - 10. Cum autem servus generaliter legatur ab eo, qui nullum servum habet, electio erit heredis.
  - 11. Si testator plures habens fthicos , fthicum legaverit , valebit legatum , & erit electio heredis.
  - 12. Legatum incertum in materia dotis judicis arbitrio certificarur.
  - 13. Idem dicimus in legato alimentorum.
  - 14. In legatis alternativis electio est illius, in quem testatoris verba diriguntur.
  - 15. Si legentur nummi certi in quantitate , in qualitate vero incerti , heres poterit exiguiores præstare, inspecto tamen testatoris usu, & regionis consuetudine.
  - 16. Si testator gravaverit heredem, ut servum doceat artificium, officio judicis verificabitur legatum.
  - 17. Officium differre ab artificio, nemo est, qui non videat.
  - 18. Si sic locutus fuerit testator, *Heres meus Titio fundum dato, & Seyo hoc amplius decem*, utrumque legatarium esse respectu fundi non dubitamus.
  - 19. Seyus in his terminis ultra dimidiam partem fundi percipere potest.

## DE LEGATIS RELICTIS sub conditione, que à jure re- jicitur.

*Ad J. C. Gayum lib. 1. fideicom. in l. non dubium 14. hoc nostro titulo.*



ONDITO impeditiva matrimonij pro non scripta habetur.

Si Titio relinquatur legatum sub conditione, *Si Seya non nupserit*, talis conditio non remittitur.

Si uxori legetur sub conditione, *Si non nupserit*, & gravetur restituere tale legatum , etiamsi nupserit, tenetur illud restituere.

Heres institutus sub conditione jurandi , quanvis, remisso juramento, ad hereditatem admittatur, legata , & fideicomissa in testamento reicta præstare tenetur.

5. Magna difficultas est, utrum obligatio injuncta maneat conditionalis , an modalis? Modalem manere defendimus.

DE

# DE LEGATO DIFFICILIS Traditionis.

*Ad Eundem J.C. Gay. in § fin. d. l. non dubium 14. & ad Mætianum lib. I. fideicom. in l. heres 15. hoc nostro titulo.*



I res aliena legata præstari nequit, quia à domino facile non potest comparari, æstimatio ejus debetur.  
Sed, si dominus in modico pretio eam vendere inten-  
dat, heres justa æstimatione satisfacit.  
Quæ sunt in profundo maris, legari possunt.  
Ad earum præstationem tenetur heres, quandoque apparuerint.

## CONIMBRICÆ.

Ex Typ. in REGALI ARTIUM COLLEGIO Soc. JESU. Anno Domini 1716.



SAINT-SALVATORE.

De sae litterario certamine  
Divinitus. Tomus. Ed. Patricius.

B. V. O. C. S.

# DE LEGATO DIFFICILI

Etiam legatum, ut cui  
debet hereditas.

Non enim in legato, sed in  
hereditate.

Si legatus auctoritate, in  
hereditate.

Sed etiam non auctoritate, in  
hereditate.

I. Iesu Christi legatus pietatis donis, dicitur et dominio  
ipsius non potest contradicari, et similitudo eius deo-

rum.

Quod dominus in modo proprio, cum auctoritate inter-

dictum, potest in confirmatione testis agere.

Ad certam transmutationem patet iste, duplum de  
supradictis.



## CONIMBRICAE.


Reguli articulo secundum dominum.

Et conditione, quae a jure re-



Quae tenetur.  
Magis difficultas est, utrum obligatio iuncta maneat conditionalis, an mo-  
dalis? Modalem invenimus defendimus.

D E





X

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

20

21

22

23

24

25

26

27

28

29

30

31

32

33

34

35

36

37

38

39

40

41

42

43

44

45

46

47

48

49

50

51

52

53

54

55

56

57

58

59

60

61

62

63

64

65

66

67

68

69

70

71

72

73

74

75

76

77

78

79

80

81

82

83

84

85

86

87

88

89

90

91

92

93

94

95

96

97

98

99

100

101

102

103

104

105

106

107

108

109

110

111

112

113

114

115

116

117

118

119

120

121

122

123

124

125

126

127

128

129

130

131

132

133

134

135

136

137

138

139

140

141

142

143

144

145

146

147

148

149

150

151

152

153

154

155

156

157

158

159

160

161

162

163

164

165

166

167

168

169

170

171

172

173

174

175

176

177

178

179

180

181

182

183

184

185

186

187

188

189

190

191

192

193

194

195

196

197

198

199

200

201

202

203

204

205

206

207

208

209

210

211

212

213

214

215

216

217

218

219

220

221

222

223

224

225

226

227

228

229

230

231

232

233

234

235

236

237

238

239

240

241

242

243

244

245

246

247

248

249

250

251

252

</